

# BONAVENTURA RUBINO

(1600-1668)

Messa de Morti à 5 concertata, 1653

*Requiem Mass for five voices, 1653*

CAPPELLA MUSICALE DI SANTA MARIA IN CAMPITELLI DI ROMA  
STUDIO DI MUSICA ANTICA «ANTONIO IL VERSO» DI PALERMO  
VINCENZO DI BETTA, direttore



Testi / *Texts*

**MISSA PRO DEFUNCTIS (IN ANNIVERSARIO)**

1. Salomone Rossi, detto l'Ebreo (1570 ca.-1630)  
*Sinfonia Grave a 5 da Il Primo Libro delle Sinfonie et Gagliarde* (Venezia, 1607)

**Introitus**

2. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.  
3. Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem:  
exaudi orationem meam, adte omnis caro veniet.  
4. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

**Kyrie**

5. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.  
Christe eleison. Christe eleison. Christe eleison.  
Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.  
(PAOLA RONCHETTI, canto; ANTONELLO DORIGO, alto; PIERPAOLO CACCIOLI, basso)

**Oratio (Cantus Planus)**

6. Deus indulgentiarum, Domine, da animae famuli tui Antonii,  
cujus anniversarium depositionis diem commemoramus,  
refrigerii sedem, quietis beatitudinem et luminis claritatem.  
Per Dominum nostrum Jesum Christum, filium tuum,  
qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.  
Per omnia saecula saeculorum.

Amen.

(MASSIMO BISSON)

**Lectio libri Machabæorum**

7. In diebus illis. Vir fortissimus Judas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene et religiose de resurrectione cogitans (nisi enim eos qui ceciderant resurrectos speraret, superfluum videretur, et vanum orare pro mortuis): et quia considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

(DON WILLIAM BARKER)

**Graduale [sub sono organi]**

8. Giacomo Carissimi (1605-1674)  
*Verso 6 e Verso 7 dal Praeambulum Tonus I<sup>mo</sup> organo al Graduale* (attribuiti)  
(FRANCO VITO GAIEZZA, Organo Pellegrino Pollicoli, 1635)

**Tractus (Cantus Planus)**

9. Absolve Domine animas omnium fidelium defunctorum ab omno vinculo delictorum.  
Et gratia tua illis succurrente mereantur evadere iudicium ultionis.  
Et lucis aeternae beatitudine perfriui.  
(MASSIMO BISSON, PIERPAOLO CACCIOLI)

**Sequentia**

10. Dies irae dies irae,  
solvet saeclum in favilla,  
teste David cum Sibylla.  
(CORO)

11. Quantis tremor est futurus,  
quando judex est venturus,  
cuncta stricte discussurus!  
(ANTONIO ORSINI, tenore; ANDREA RUBINO, basso)

12. Tuba mirum spargens sonum  
per sepulcra regionum,  
coget omnes ante thronum.  
(CORO)

13. Mors stupebit et natura,  
cum resurget creatura,  
judicanti responsura.  
(FRANCESCA PROIETTI, canto I; PICCI FERRARI, canto II)

14. Liber scriptus proferetur,  
in quo totum continetur,  
unde mundus judicetur.  
Judex ergo cum sedebit,  
quidquid latet apparebit:  
nil inultum remanebit.  
(CORO)

15. Quid sum miser tunc dicturus?  
Quem patronum rogaturus,  
cum vix justus sit securus?  
(ANTONIO ORSINI, tenore)

16. Rex tremendae majestatis,  
qui salvandos salvas gratis,  
salva me, fons pietatis.  
(ANTONELLO DORIGO, alto)

17. Recordare, Jesu pie,  
quod sum causa tuae viae:  
ne me perdas illa die.  
(PAOLA RONCHETTI, canto I; PICCI FERRARI, canto II;  
PIERPAOLO CACIOLI, basso)

18. Quaerens me, sedisti lassus:  
redemisti Crucem passus:  
tantus labor non sit cassus.  
(ANTONELLO DORIGO, alto; ANTONIO ORSINI, tenore;  
PIERPAOLO CACIOLI, basso)

19. Juste judex ultiōnis,  
donum fac remissionis  
ante diem rationis.  
(CORO)

20. Ingemisco tamquam reus:  
culpa rubet vultus meus:  
supplicanti parce, Deus.  
(ANTONIO ORSINI, tenore)

21. Qui Mariam absolvisti,  
et latronem exaudisti,  
mihi quoque spem dedisti.  
(CORO)

22. Preces meae non sunt dignae:  
sed tu bonus fac benigne,  
ne perenni cremer igne.  
(PAOLA RONCHETTI, canto I; PICCI FERRARI, canto II;  
PIERPAOLO CACIOLI, basso)

23. Inter oves locum praesta,  
et ab haedis me sequestra,  
statuens in parte dextra.  
Confutatis maledictis,  
flammis acribus addictis:  
voca me cum benedictis.

24. Oro supplex et acclinis,  
cor contritum quasi cinis:  
gere curam mei finis.  
(ANTONELLO DORIGO, alto; ANTONIO ORSINI, tenore;  
PIERPAOLO CACIOLI, basso)

25. Lacrymosa dies illa,  
qua resurget ex favilla  
judicandus homo reus.  
Huic ergo parce, Deus:  
pie Jesu Domine,  
dona eis requiem.  
Amen.  
(CORO)

**Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.**

26. In illo tempore : Dixit Jesus turbis Judæorum : Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet : et eum qui venit ad me non ejiciam foras; quia descendit de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Hæc est autem voluntas ejus qui misit me Patris : ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me : ut omnis qui videt Filium et credit in eum, habeat vitam æternam : et ego resuscitabo eum in novissimo die.

(DON WILLIAM BARKER)

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

**Offertorium**

27. Domine Jesu Christe, Rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael repreäsentet eas in lucem sanctam. Quam olim Abrahae promisisti et semini ejus. Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim Abrahae promisisti et semini ejus.

(PAOLA RONCHETTI, canto I; PICCI FERRARI, canto II; ENRICO TORRE, alto; ANTONIO ORSINI, tenore; PIERPAOLO CACIOLI, basso)

28. Johann Jakob Froberger (1616-1667), *Ricercare IX*

(FRANCO VITO GAIEZZA, Organo Pellegrino Pollicolli, 1635)

**Praefatio communis (Cantus Planus)**

29. Vere dignum et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudent Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, Coeli coelorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exsultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti jubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes:

(MASSIMO BISSON)

**Sanctus**

30. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus, Deus Sabaoth.

Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

(ANTONELLO DORIGO, alto I; ENRICO TORRE, alto II)

Per omnia saecula saeculorum.

Amen.

31. Elevazione: Girolamo Frescobaldi (1583-1643)

*Toccata Ottava di durezze et ligature dal Secondo Libro di Toccatæ (1637)*

(FRANCO VITO GAIEZZA, Organo Pellegrino Pollicolli, 1635)

32. Oremus. Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:  
Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo,  
et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus  
debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos a malo.

Per omnia saecula saeculorum.

Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

(MASSIMO BISSON)

### **Agnus Dei**

33. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona eis requiem sempiternam.

(PAOLA RONCHETTI, canto I; PICCI FERRARI, canto II;

34. Salomone Rossi, *Sinfonia IX* da *Il Primo Libro delle Sinfonie et Gagliarde* (1607)

### **Communio**

35. Lux aeterna luceat eis, Domine: cum Sanctis tuis in aeternum, qui pius es.

36. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

### **Postcommunio (Cantus Planus)**

37. Praesta, quæsumus Domine : ut anima famuli tui Antonii, cuius anniversarium depositionis diem  
commemoramus; his purgata sacrificiis, indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam.

Per Dominum nostrum Jesum Christum, filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.

Per omnia saecula saeculorum.

Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Requiescant in pace.

Amen.

(MASSIMO BISSON)

**ABSOLUTIO SUPER TUMULUM****Responsorium (Cantus Planus)**

40. Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda,  
quando coeli movendi sunt et terra.

Dum veneris judicare saeculum per ignem.

Tremens factus sum ego et timeo, dum discussio venerit atque ventura ira.

Dies irae, dies illa, calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde.

Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

(PICCI FERRARI, canto I; ANTONELLO DORIGO, canto II; ENRICO TORRE, alto;  
ANTONIO ORSINI, tenore; PIERPAOLO CASCIOLI, basso)

Kyrie eleison

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Et ne nos inducas in tentacionem.

Sed libera nos a malo.

A porta inferi

Erue, Domine, animam ejus.

Requiescat in pace.

Amen.

Domine, exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Absolve, quæsumus, Domine, animam famuli tui Antonii ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria, inter sanctos et electos tuos resuscitatus respiret.

Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

(MASSIMO BISSON; SCHOLA GREGORIANA)

41. Francesco Cavalli (1602-1676), *Sinfonia dalla Missa Pro Defunctis, Libera me* (1675)

42. Girolamo Frescobaldi, *Toccata II* dal *Secondo Libro di Toccate* (1637)

(FRANCO VITO GAIEZZA, Organo Pellegrino Pollicoli, 1635)